

rum membra refovebat: qui in pauperibus Christum pauperem, in infirmis infirmitatem, quam pro nobis assumpsit, agnoscebat. Et ut perfectius Christi amator contemneret semetipsum, leprosoꝝum sanie lavabat & vulnera: pedes osculabatur, & ora: serviebatque ipsis vir nobilis tanto devotionis affectu, tamquam si ipsum Christum cerneret in leprosis.

¶ Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam glorie induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum. * Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

LECTIO VI.

Intelligens autem quod ad orationis perfectionem, omnium tendit structura virtutum, vix unquam, cum poterat, ab oratione cessabat. Sicque in omni loco aptus erat orare, ut in omni sede terrarum constituta monstraret regna caelorum. Horas Canonicas ritu, quem tenet sancta Romana Ecclesia, tam devote dicebat, quasi oculis mentis Deum juxta cerneret: tam integre, ut ne quidem iota unum vel apicem praeteriret. Numquam eum ad indignationem vis ulla commovit: nemo turbatum vidit, nemo mutatum. Cum ergo

esset Parisiis, cognoscens se morti appropinquare, confessus est devotè cum magna lacrymarum effusione. Sicque post omnia Sacramenta devotè suscepta, feliciter migravit ad Dominum.

¶ Ille homo perfectè omnia, quae locutus est ei Deus, & dixit ad Deum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. * Ille est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia te, G. loria. Quia.

In tertio Nocturno Homilia venerabilis Beatae Presbyteri in Evangelium. N. officium timere pusillus grex, ut in Communi Confessione non Pontificis. lxxxviii.

In secundis Vesperis fit Commemoratio sequentis Festi.

DIE XXVIII. SEPTEMBER.
In festo B. Bernardini de Feltria Confessoris.

Duplex minus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis primo loco, lxxij. praeter Lectiones j. Nocturni, quae sunt de Scriptura occurrente.

Vesperae de Dedicatione sancti Michaelis Archangelii, cum Commem. praecedentis.

FESTA OCTOBRIS.

DIE I. OCTOBRIS.

Fit de S. Remigio Episc. & Conf. Semid. ad libitum.

Omnia ut in fine Breviarii Romani inter Festa ad libitum.

Vesperae de sequenti, Commemoratio praecedentis.

DIE III. OCTOBRIS.
Vigilia sancti Patris nostri Francisci, cum jejuniis.

Fit de festo Translationis sanctae Clarae virginis.

Duplex minus.

In ij. Vesperis SS. Angelorum Custodem fit Commem. hujus.

Pro Commemor. Antiph. Duce caelesti Numine, matre favente virgine, Claret, Clara nomine, spreto paterno limine, spreto nativo sanguine, est in Sanctorum lumine, ac Beatorum agmine, gloria tibi Domine. * Ora pro nobis beata Clara. * Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

Famulos tuos, quaesumus Domine, beatae virginis tuae Clarae votivam Translationem recensentes: caelestium gaudiorum sua facias interventioe participes, & tui Unigeniti coheredes. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus.

Ad Matutinum, Invitator. Regi, qui carnem induit, fit laus cordis & oris: * Cujus in Clara claruit perfecti vis amoris. Psalmus. Venite, exultemus. 2.

Generat virgo filias Mentis maternae conficias, Christi sponsas & socias, Corruptionis inficias, Clarum nomen effunditur, Sanctum nomen extenditur, Facto doctrina proditur, Virtus divina panditur, Constructurum coenobia Vastis per orbem spatia, Crescit Sororum copia, Claret matris notitia. D. efficit virtus corporis Morbo prolixo temporis, Sumit augmentum roboris Virtus sacrae pectoris. Tandem languore premitur, Laeta nimis egreditur, Dies extrema clauditur, Spiritus caelo redditur. Te prosequentes laudibus Piis faveto precibus, Adesto postulantis. Tuis virgo supplicibus. Virginis hujus merito, Laus Patri fit ingenito, Gloria Unigenito, Virtus summa Paraclito. Amen.

In primo Nocturno, Antiph. Haec una de prudentibus praefuisse virgudens, in annis puellaribus Christo placere student. Psal. Domine Dominus noster, cum reliquis de Communi Virginum. xciv. Antiphona. Excelsi servus virginem Franciscus incitavit, amare Deum hominem, quem amor hu-

manavit. **Psalm.** Cæli enarrant. **Antiph.** Cuncta pro Christi nomine contemnens, erime tonfo, coram altari Dóminæ nubit ætérno Sponfo. **Psalmus.** Dómini est terra. **✽.** Spécie tua, & pulchritudine tua. **✽.** Inténde, prospere procéde, & regnare ater noster. **Abfolutio.** Exáudi Dómine. **✽.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictiõne perpétua.

Lectiõne de Scriptura occurrénte.

R. j. Francisci pia plántula mirè fructificávit in orbe, cum discipula Clara, quam informávit. **✽.** Castitatis per sæcula cultum multiplicávit. **✽.** Virgo sub sacra régula; multarum jam præambula, se Deo consecrávit. Castitatis. **Benedictio.** Unigénitus Dei Filius.

R. ij. In via poenitentiæ glebas terit membrórum: semen ferit iustitiæ, lucem diffundit morum: **✽.** Lucrátor sic quotidie thesáuros meritorum. **✽.** Cujus ferventes hódie gressus devótæ filiæ sequántur exemplórum. Lucrátor. **Benedictio.** Spiritus sancti grátia.

R. iij. Hæc paupertatis titulo pollens, inutilata: post Christum sine sæculo currit exonerata: **✽.** Relicta foris sæculo, mens intus est diáta. **✽.** In paupertatis nidulo, nostri præsepis paryulo

páuperi conformata. Relictio. **Gloria Patri.** Relictio. **La secundo Nocturno, Antiph.** Oblata per Gregorium restituta possidere: nihilque transitorium cum Christo iure habere. **Psalm.** Eruclavit. **Antiphona.** Parat magistra vasculum, ut oleum queratur: mox verò per miraculum vas plenum caelo datur. **Psalmus.** Deus noster refugium. **Antiphona.** Hortatur hæc, ut páuperes páuperis matris natæ, nequãquam sint degeneres à matris paupertate. **Psalmus.** Magnus Dóminus. **✽.** Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus, in medio eius, non commovebitur. **Pater noster.** **Abfolutio.** **Ipsius pietas.** **✽.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Lectio iv.

CUm venerabilis virgo Clara quadraginta duobus annis in Monasterio sancti Damiani Abbatissa, & primicæria omnium páuperum Dominiarum, in studio altissimæ paupertatis Deo fideliter deservisset, ad bravium supérnæ vocatiõis præcedente languore multiplici propinquabat. Excrescentibus autem infirmitatibus, cum appropinquaret ad exitum, nullòque per decem & septem dies alimento suscepto, tantum fuit

fuit à Dómino vigorata, ut omnes ad se venientes in Christi servitio confortaret. Hora dénique sui tránsitus proximante: ecce, quasi nocte média, in vestibus albis turba virginum ingreditur, ferra aurea in suis capitibus deferentes: inter quas una præ ceteris elegantior erat, & tanti splendõris, ut noctem in diei lucem converteret, Virgo scilicet virginum mater Dómini Salvatoris. Præcedit igitur ad lectum Regina cæli, ubi sponsa Filii decubabat: & amantissimè super eam se inclinans, complexum dulcissimum præstat. Profertur à virginibus mire pulchritudinis pallium, & Claræ virginis corpus tegitur, & thalamus adornatur.

✽. A civibus obsidio removetur ob lacrymas & preces sanctæ Claræ. **✽.** Dum cinere & cilicio jubet Sorores óptimas ad Deum exclamare. **✽.** Oratiõnum prælio meretur gentes pèsimas de claufo deturbare. Dum cinere. **Benedictio.** Christus perpétuus.

Lectio v.

IN crastino igitur beati Laurentii egreditur illa ánima sanctissima præmio perpétuo laureanda: temploque carnis soluto, spiritus feliciter migravit ad astra, anno videlicet ab in-

carnatiõne Christi millesimo ducentésimo quinquagesimo tertio, duodecimo die Augusti. Rumor in continentiæ de tránsitu virginis totum, stupèdo auditu, concitavit pópulum civitatis. Confluunt locum: atque in tanta multitudinè gentes infundant, ut sola videretur civitas remanere. Omnes sanctam, omnes Deo charam proclamant. Accurrit potestas cum caterva militum & multitudinè armatorum, seroque illo ac tota nocte custodias adhibent diligenter, ne forte pretiosus thesaurus, qui hæcèbat in medio, pati contingeret detrimentum. Commovetur secunda die curia tota Romána, Christi videlicet Vicarius cum Cardinalibus accedentes ad locum, totaque civitas versus sanctum Damianum dirigit gressus.

✽. Amica crucis plangere Crucifixum novitias docet, quem ipsa plangit. **✽.** Crux ei digno pòndere majores dat delicias, quo major dolor angit. **✽.** Hæc Christi sui monere morbos atque moléstias fugat dum crucem tangit. Crux ei digno. **Benedictio.** Igaem sui amonit.

Lectio vi.

Consedente autem Summo Pontifice, Cardinalium quoque & Prælatorum

rum cœtu, Oſtēſis Epīſcopus, de vanitate vanitatum ſumpta dicēdi materia, vanitatis contempticem nobili ſermōne commendat. Circūdant illicō ſanctum ſuntis dignatione devōta Presbyteri Cardinales, & circa virginis corpus ſolita complent officia. Tandem, quia nec tutum cenſetur eſſe, nec dignum, ut tam pretioſum pignus longē diſtet à civibus, levātur corpus cum hymnis & laudibus, cum clangore tubarum, ac jubilatione ſolemni, & ad ſanctum Geōrgium honorificē deportatur. Nam & hic locus eſt, ubi ſancti Patris Franciſci corpus viginti octo annis ante honorificē poſitum fuerat: ut qui vitam vitæ vivēti paraverat, & moriēti locum, quodam præſagio futurorum, debite præpararet. Factus eſt provinciæ concarſus populōrum multorum ad tūmulum virginis: ipſaque vitæ ſanctitate clara, cœpit etiam clārere miraculis. Quibus certa veritate compertis, duobus annis ab ipſius tranſitu revolūtis, Dominus Papa Alexander Quartus eam catālogo Sanctorum adſcripſit. Et poſt quinque annos, completa Ecclēſia, & dedicatio altari ad honorem ipſius, ſacrum ejus corpus tranſlātum eſt.

R. Vivens in mundo libelli, Sponſo conjuncta nobili, ſursum deliciatur: clauſaque carne fragili, tamquam in vaſe ſicili, * Theſauro gloriatur. **V.** Hac in rota verſatili, ſulta virtute ſtabili, cum Chriſto delectatur. Theſauro. **Gloria.** Theſauro. **In tertio Nocturno, Antiph.** Cor verbis ſapientie medullis apponit, cum prædicator gratie verba vite proponit. **Psalmus.** Cantate. **i. Antiphona.** Trahit de testa nucleum, de littera ſaporem, de petra fugens oleum, de ſpina legens ſorem. **Psalm.** Dominus regnavit, exultet. **Antiphona.** Formata Clara diſcipulas celeſti diſciplina: cujus eſt ad juvenculas convictus pro doctrina. **Psalm.** Cantate. **ii. V.** Elegit eam Deus, & prælegit eam. **R.** In tabernaculo tuo habitare facit eam. **Pater noster.** **Abſolutio.** A vinculis. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio ſancti Evangelii ſecundum Mattheum.

Lectio vij. Cap. 2 c.
In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obviam ſponſo & ſponſæ. Et reliqua.

Ho-

Homilia S. Gregorii Papæ.

Homilia 12. in Evangelia.

Sep̄e vos, fratres chariſſimi, admoneo prava opera fugere, mundi hujus inquinamenta devitare: ſed hodierna ſancti Evangelii lectione compellor dicere, ut & bona que agitis, cum magna cautela teneatis: ne per hoc quod à vobis rectum geritur, favor aut gratia humana requiratur: ne appetitus laudis ſubrepat, & quod ſolis ostenditur, intus à mercede vacuetur. Ecce enim Redemptoris voce decem virgines, & omnes dicuntur virgines, & tamen intra beatitudinis januam non omnes ſunt receptæ: quia eorum quedam, dum de virginitate ſua gloriam ſolis expetunt, in vaſis ſuis oleum habere noluerunt.

R. Carnis templo ſolito ſpiritus cælos ſcandit, & patet aditus: * Benedictus fit talis exitus, multo magis talis introitus. **V.** Vivo panis morte junctus; vita vivit, vita ſancta. Benedictus. **Benedictio.** Cujus ſeſtum colimus, ipſa.

Lectio vij.

Sed prius querendum nomen eſt, quid fit regnum cælorum, aut cur decem virginibus comparatur, quæ etiam virgines præſentes, & fatæ dicantur. Cum enim

cælorum regnum conſtat, quia reproborum nullus ingreditur, etiam fatiſ virginitibus cur ſimile eſſe perhibetur? Sed ſciendum nobis eſt, quod ſæpe in ſacro eloquio regnum cælorum præſentis temporis Ecclēſia dicitur. De quo alio in loco Dominus dicit: Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno ejus omnia ſcândala. Neque enim in illo regno beatitudinis, in quo pax ſumma eſt, inventi ſcândala poterunt, quæ colligantur.

R. De pane paſcit unico turbam Sororum pauperum: claret ſigno miſſico, virtus ſignorum veterum, * Dum cibat ex tam modico magni conventus numerum. **V.** Pro tenui viatico menſa lætatur Siperum: regno beatur cælico pro vilitate cinerum.

Dum. Gloria Patri. **Dum.** **Benedictio.** Ad ſocietatem. **Pro Vigilia ſancti Patris noſtri Franciſci, nona Lectio de Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelio.** Si quis vult poſt me venire, ut in feſto SS. Stigmatum. 17.

AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona. **P**OR vita: claræ terminum, Clara cum turba virginum, ad cælos evolavit: ſuum complexa Dominum, regnat in regno luminum, quo Dominus regnavit. **Psalmus.**

mus.

mus. Dominus regnavit, cum reliq. 18. **Antiphona.** Agnes ad Agni nuptias, & aeternae delicias post Claram evocatur; ubi per Sion filias, post transitas miserias, aeternae jubilatur. **Antiph.** Sicut sorore praevia Christi passus vestigia sectatur gaudens cruce: sic, dum haec signis rutilat, Agnes, post ipsam vigilat, Deus, ad te de luce. **Antiphona.** Honorat Christi dextera, per sanitatum munera, virginis mausoleum: sanat morbos & vulnera: ut benedicant aera, quae fecit Deus, Deum. **Antiph.** Laudans laudare studeat, in laudem semper prodeat plebs ista Salvatoris: quam tanta ditata sanctitas, non cesset ipsa civitas a laude Conditoris.

Capitulum. 2. Cor. 10. d. **F**ratres, Qui gloriantur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est; sed quem Deus commendat.

Hymnus.

Clara luce clarior,
Lucis aeternae filia,
Dies ista solemnior,
Tua colit solemnior.
V ita labentis gaudia
Sperando, Christum sequeris
Pascentem inter filia:
Tuque cum Christo pascaris.

Custos sacrarum Virginum, Omni virtute praevia,
Ducis ad sponsum Dominum Puellarum collégia.

Franciscus duce militans
Evincis trina praevia:
Carne namque suppeditas,
Mundum, atque daemonia.
Iam jam in regno luminum
Patri conregnas filia:
Da te sequentium agminum
Recta fore vestigia.

Sit Patri, Nato, Flámini
Decus, honor, & gloria:
Nosque commendent Númini
Sanctae Clarae suffragia.
Amen.

Ora pro nobis beata Clara.
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.
Novum sidus emicuit, candor lucis apparuit, lux claritatis adfuit, caeli splendor enituit: nam lux, quae lucem inluit, Claram clarere voluit.

Oratio.

F Amulos tuos, quaesumus Domine, beatae virginis tuae Clarae votivam Translationem recensentes, caelestium gaudiorum tuae facias interventionis participes, & tui Unigeniti coheredes. Qui tecum vivit.

Deinde fit Commem. Virginiae: Antiphona & Versus de Feria occurrente.

Oratio. Domine Jesu Christe, qui frigescente mun-

undo, et in festo sacrorum Stigmatum. 13.

Ad Tertiam, Antiphona.
Agnes ad Agni nuptias. **Capitulum.** Fratres, Qui gloriantur, ut supra.

R. breve. Specie tua, * Et pulchritudine tua. Specie tua. * Intende, prospere procede, & regna. Et pulchritudine. **Gloria Patri.** Specie tua. * Adjuvabit eam Deus vultu suo. * Deus, in medio ejus, non commovebitur.

Ad Sextam, Antiphona.
Sicut sorore praevia.

Capitulum. 2. Cor. 11. **A**mulor enim vos Dei emulatione. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

R. breve. Adjuvabit eam. * Deus vultu suo. Adjuvabit. * Deus, in medio ejus, non commovebitur. **Deus.** Gloria Patri. Adjuvabit. * Elegit eam Deus, & praelegit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.
Laudans laudare studeat.

Capitulum. Sap. 4.

O quam pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius: quoniam apud Deum nota est, & apud homines.

R. breve. Elegit eam Deus,

* Et praelegit eam. Elegit eam. * In tabernaculo suo habitare facit eam. Et praelegit. Gloria Patri. Elegit eam. * Diffusa est gratia in labiis tuis. * Proprietate benedixit te Deus in aeternum.

Vesperae de S. P. nostro Francisco sine aliqua Commemoratioe.

DIE 19. OCTOBIS.

IN FESTO

SERAPHICI PATRIS

NOSTRI

FRANCISCI,

Confessoris Trinum Ordinum

Fundatoris.

Duplex j. Classis.

Ad Vesperas, Antiphona.

Franciscus vir catholicus, & totus Apostolicus, Ecclesiae teneri fidem Romanae docuit, Profiterisque monuit praecentis revereri. **Psalmus.** Dixit Dominus, cum relictis de Dominica, 133. & loco ultimi, Psalm. Laudate Dominum omnes Genes. 137. **Antiphona.** Cœpit sub Innocentio, cursumque sub Honorio perficere gloriosum: succedens his Gregorius, magnificavit amplius miraculis famosum. **Antiphona.** Hunc sanctus praegerat in patrem quando praerat Ecclesiae Minorum: hunc spiritum propheticum praevium, a postolico praedixerat honori. **Antiphona.**

Francis-

Franciscus Evangelicum nec
apicem vel unicum trans-
greditur, nec iota: nil iugo
Christi iuvius huic: onere
nil levis, in huius vitæ ro-
ta. **Antiphona.** Hic creati-
ris Imperat, qui nūmi sub-
jecerat fe totum Creatoris:
quidquid in rebus repperit
delectamentū, rēgerit in gō-
riam factōris.

Capitulum. Galat. 6. d

Fratres, Mihi autem ab-
sit gloriari, nisi in cru-
ce Dōmini nostri Jesu
Christi: per quem mihi mun-
dus crucifixus est, & ego
mundo.

Hymnus.

Proles de celo prōdiit,
Novis urens prodigiis,
Cælum cæcis aperuit,
Siccis mare vestigiis.
S. positis Ægyptiis
Transit dives, sed pauperis
Nec rem, nec nomen per-
didit.

Factus felix pro miseris.
Assumptus cum Apostolis
In montem novi luminis
In paupertatis prædiis
Christo Franciscus intulit.
S. ac tria tabernacula,
Votum fecerit Simonis:
Quem huius non destruit,
Namen vel omen nominis:
Legi, Prophætæ, gratiæ
Gratum in genere obsequium,
Trinitatis Officium
Festo solēmi celebrat.
Dum reparat virtutibus
Hospes triplex hospitium:

Et beatarum mentium
Dum templum Christo cōn-
secrat.

**Domum, portam, & tū-
mulum**

Pater Franciscæ visita,
Et Hevæ prolem miseram
A somno mortis excita.
Amen.

* Ora pro nobis beate Pa-
ter Franciscæ. * Ut dig-
ni efficiamur promissionibus
Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.
O stupor, & gaudium, o
Iudex homo mentium, tu
nostræ militiæ currus, &
auriga. Ignea presentibus
transfiguratus Fratribus,
in solari specie vexit te qua-
driga. In te signis radians,
in te ventura nuntians, re-
quirit spiritus duplex Pro-
phetarum. Tuis adita posse-
ris, Pater Franciscæ, misere-
ris, nam incrementum gēmi-
tus ovium tuarum.

Oratio.

Deus, qui Ecclesiam
tuam beati Francisci
meritis fetu novæ prolis
amplificas, tribue nobis ex
ejus imitatione terrena de-
spicere, & cælēstium donō-
rum semper participatiōne
gaudere. Per Dōminum nos-
trum.

Et non sit Commemori-
tio Translacionis S. Clare
Virginis.

Ad Matutinum, Invitator.
Regi qui fecit opera Chris-
to

to, confiteantur: * Cujus
in sancto vulnere Francisco
renovantur. **Psalmus.** V e-
nite, exultemus. 2.

Hymnus.

In cælesti collegio
Novus colligæ colitur;
In Sanctōrum rosario
Novellus flos producitur.
Franciscus florens gratia,
Forma factus humilium;
Lætus potitur gloria,
Sortis confors sublimium.
Metit de sparso semine
Plenæ melis manipulum;
Fallens sub terræ tegmine
Nostræ salutis æmulum.

Hic carnis supercilium
Legi subjicit spiritus:
Mundum vicit & vitium,
Se victo victor inclutus.

Linguae manus præambula
Verbo paravit semitam,
Et amplectuntur fœcula
Doctrinam facto præditam.

In paupertatis prædio
Minorum plantans vineam,
Ostendit magisterio
Vitæ vivendi lineam.

Ad æternas divitias
Turbam allexit pauperum,
Quos ad cæli delicias
Lingua vocavit operum.

Vita, doctrina splenduit:
Resplendet & miraculis:
Sic præfuit, quod profuit
Viva lucerna populis.

Summi Regis palatio
Doctro loca discipulos,
Salutis privilegio
Christi præmuni famulos.

De tenebris miseræ
Pars Autumnalis.

Sequætes stella præviæ;
Quæramus Patrem gratiæ,
Consortes tandem gloriæ.

Amen.

In primo Nocturno, Antiph.

Hic vir in vanitatibus nu-
tritius indeceter, divinis
charismatibus præventus est
clemēter. **Psalmus.** B e-
tus vir, cum reliquis de
Communi Confessoris non
Pontificis. lxxv. **Antiphona.**
Excelsi dextere gratia
mirifice mutatus, dat lap-
sis spem de venia cum Chris-
to jam beatus. **Psalm.** Qua-
re fremuerunt. **Antiphona.**

Mantuēscit, sed non peni-
tus in primis per languores,
qui captis armis cælitus ad
plenum mutat mores. **Psal-
mus.** Dōmine quid multi-
plicati. * Amavit eum
Dōminus, & ornavit eum.

* Stulam gloriæ induit
eum. **P**ater nos. **Abolutio.**
B xaudi. * Jube dom-
ne. **Benedictio.** Benedictiō-
ne perpétua.

De Epistola B. Pauli Apōs-
toli ad Galatas.

Lectio 1. Cap. 5. d 3 & 6.

Sil spiritui vivimus, spiri-
tu & ambulēmus. Non
efficiamur inanis gloriæ
cæpidi, invicem provocātes,
invicem invidentes.

Frater, & si præoccupatus
fuerit homo in aliquo deli-
cto, vos, qui spirituales estis,
huiusmodi instruite in
spiritu lenitatis, conside-

C rans

rans teipsum, ne & tu tentēris. Alter alterius ōnera portāte, & sic adimplēbitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se sedūcit. Opus autem suum probet unusquisque & sic in semetipso tantum gloriam habēbit, & non in altero. Unusquisque enim onus suum portābit. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis.

R. Franciscus ut in publicum cessat negotiari, in agrum mox Dominicum se cedit meditari: * Invenit Evangelicum thesaurum vult mercari. * Deum quid agat unicum consultans, audit calicem insigne sibi dari. Invenit. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim seminaverit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes non desiciamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

Videte quilibet litteris scripti vobis mea manu. Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circumciduntur legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur.

R. In Dei fervens opere statim ut sua vendidit, pauperibus impendere pecuniam intendit, * Quæ gravi suo pondere cor liberum offendit. * Quam formidante paupere presbytero recipere, abjectam vilipendit. Quæ gravi. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

Lectio iij.

Mihī autem abiit gloria, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit: ego enim signata Domini Jesu in corpore, meo porto. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres, Amen.

R. Dum pater hunc persiqui-

quitur, latens dat locum iræ, constantè post aggreditur in publicum prodire. * Squalenti vultu cernitur, putatur insanire. * Luto, faxis impetitur: sed patiens vir nititur ut surdus pertransire. Squalenti. **Gloria Patri.** Squalenti.

In secundo Nocturno, Añs. Pertrāctum domi verberat plus cunctis furens pater: oburgans vincit, carcerat, quem furtim solvit mater. **Psalmus.** C um invocarem. **Antiphona.** Jam liber patris furia non cedit effrenati, clamans fe voluntarie pro Christo mala pati. **Psalmus.** Verba mea. **Antiphona.** Ductus ad loci Præsulem sua patri resignat: nudusque manens, exulem in mundo fe designat. **Psalmus.** D omine Dominus noster. * Os iusti meditabitur sapientiam. **R.** Et lingua ejus loquetur iudicium. **Pater noster.** **Abolutio.** I psius pietas. * Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Lectio iv.

Franciscus de vallis Spoletanæ partibus civitate Assisi trahens originem, primumque Joannes vocatus à matre, dehinc Franciscus à patre, vocationis quidem paternæ vocabulum tenuit, sed & rem materni nominis non

reliquit. Licet enim intervanos fuerit hominum filios juvenili ætate nutritus in vanis, & post aliqualem litterarum notitiam, lucrati-vas mercationum deputatus negotiis, superno tamen sibi assistente presidio, nec iater lascivos juvenes post carnis petulantiam abiit, nec inter cupidos mercatores speravit in pecunia & thesauris. Inerat namque juvenis Francisci præcordiis divinitus indita cum lenitate mansuetudinis quædam ad pauperes miseratio liberalis: quæ secum ab infantia crevens, tanta cor illius benignitate releverat, ut jam Evangelii non furdus auditor, omni proponeret se petenti tribuere, maxime si divinum allegaret amorem. In ipso namque juventutis flore, firma se Domino sponcione confringens, quod nunquam (si possibilitas afforet) petentibus pro amore Domini fe negaret. Dum promissum tam nobile usque ad mortem servare non destitit, ad copiosiora in Deum dilectionis & gratiæ incrementa pervenit.

R. Dum seminando corpore laudes decantat Gallicæ zelator novæ legis, latronum in nómone, * Respondet sic propheticè: Præco sum magni Regis. * Au-

dit in nivis frigore projectus: Jace rursus, futurus pastor gregis. Respondet. **Benedictio.** Christus perpetua.

Lectio v.

Verum licet huic júgiter in corde ipsius divini amoris vigéret igniculus, ignorabat adhuc adoléscentis curis terrénis implicitus cæléstis allocutiónis arcánam; donec facta manu Dómini super eum, & castigátus fuit extérius prolixi languóris gravéline, & clarificátus intérius sancti Spiritus unctiõe. Corpóreis postmodum viribus utúmque restúmptis, mentéque mutáta in meliús, cum militem quemdam, nóbilem quidem genere, sed inopem rebus, óbvium insperató habuisset occúrsum, generósi Regis, & páuperis Christi memor effectus, tanta fuit erga virum pietáte permótus, ut decéntia, quæ sibi de novo paráverat, indumenta depóneret, illúmque prótinus, se nudáto, vestiret. Nocte veró sequenti, cum se sopóri dedisset, palatium spatiosum & magnum cum militáribus armis Crucis signáculo insignitis, is, pro cuius amore militi egéno subvénaret, dignativa sibi revelatiõe monstrávit: nec non víta omnia sua fore, militúmque sudrum, si Cru-

cis Christi vexillum constantér assumeret, sub asseratiónis certitudine promissit.

✱. Amicum quærit prístinum, qui spretum in cónobio tunicula contéxit contempnúm gaudens hómínum, ✱ Leprósis fit obsequio, quos antea despéxit. ✱. Sub typo trium Ordinum, tres nutu Dei prævio Ecclesiás eréxit. Leprósis fit. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

EX tunc à pública negotiatiónis tumultu se sútrahens, solitária loca quærébat amica moróribus. In quibus cum gemitibus inenarrabilibus incessánter inténderet, post longam precum instantiam, quam sibi perfectiõnis sémitam à Dómino postulábat osténdi, ad votum exaudiri proméruit. Una quippé diérum, dum sic sequestrátus oráret, apparuit ei Christus Jesus veluti Cruci confixus, eidem tam efficaciter ingerens Evangelicúm illud: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me; ut mentem ipsius intrinsicè & incéndio dilectiõnis addúceret, & absynthio compasiõnis impléret. Nam & ad præmissæ visiõnis contúitum liquefac-

ta est ánima ejus, & memoria passiónis Christi vísceribus cordis ipsius adeò impressa medullitús, ut & Crucifixi plagas oculis mentis intérius quasi júgiter cerneret: & vix extérius à lacrymósis gemitibus continérrí valeret.

✱. Audit in Evangelio, quæ suis Christus loquitur ad prædicándum missis. Hoc, inquit, est quod cupio. ✱. Lætánter his innititur memoriæ commissis. ✱. Non utens virga, cæceo, nec pera: fune cingitur, duplicibus dimissis: Lætánter. **Gloria Patri.** Lætánter.

In tertio Nocturno, Aſa.

Cor verbis novæ grátie sollicitus appónit, verbúmque penitentiæ simpliciter proponit. **Psalms.** D'omine, quis habitábit. **Antiphona.** Pacem, saltém nuntiát in spirítu virtúte, veréque paci sociát longinquos à salute. **Psalms.** D'omine in virtúte. **Antiphona.** Ut novis Sancti mérita remuneréntur natis: his nova tradit mónta, viam simplicitátis. **Psalms.** D'omini est terra. ✱. Lex Dei ejus in corde ipsius. ✱. Et non supplantábantur gressus ejus. **Pater noster.** **Abſolutio.** A vinculis. ✱. Jube domne. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vi. Cap. 11. d

In illo tempore respondens Jesus dixit: Conſiteor tibi Pater, Dómine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis, & reliqua.

Homilia sancti Agastini

Episcopi.

Serm. 8. de Verbis Dómini.

Si dignè, si diligénter, si quod primum est, piè considerémus, inveníemus primitus non semper, cum in Scripturis légitimus confessiõnem, debère nos intelligere vocem peccatóris. Máximè autem hoc dicéndum fuit, & hinc admonénda charitas vestra, quia mox ut hoc verbum sonávit vox lætórís, secutus est étiam sonus unctiõnis pectoris vestri, auditio scilicet, quod Dóminus ait, Conſiteor tibi Pater: in hoc ipso quod sonávit Conſiteor, pectora tuá dífis.

✱. Carnis spicam contemp-tus área Franciscus frangens, terens térræ, ✱. Granum purum excússa pálea, summi Regis intrat in hórrea. ✱. Vivo pani morte junctus, vita vivit vita functus. Granum purum. **Benedictio.** Cujus festum cõlimus.

Lectio viii.

TUndere autem pectus quid est, nisi arguere quod latet in pectore, & evidenti pulsi occultatum castigare peccatum? Quare hoc fecistis, nisi quia audistis: Confiteor tibi Pater? Confiteor auditus: qui confitetur non attendistis. Nunc ergo advertite. Si, Confiteor, Christus dixit, à quo longe est omne peccatum; non solius est confiteri peccatoris, sed etiam aliquando laudatoris. Confitemur ergo, sive laudantes Deum, sive accusantes nosmetipsos. Pia est utraque confessio, sive cum te reprehendis, qui non es sine peccato; sive cum illum laudas, qui non potest habere peccatum.

R. De paupertatis hōreo sanctus Franciscus satiāt turbam Christi famelicam; in via ne deficiat: * Iter pandit ad gloriā, & vite viam ampliāt. * Pro paupertatis cōpia regnat dives in patria, reges sibi substituens, quos hic dicit inopia. Iter pandit. Gloria. Iter pandit. Benedictio. Ad societatem.

Lectio ix.

Confiteor tibi Pater Domine celi & terrae. Confiteor tibi, laudo te. Laudo te, non accūso me. In quo te laudo? Quia ab-

condisti haec à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Quid est hoc, fratres? A contrario sensu intelligite: Abcondisti haec, inquit, à sapientibus & prudentibus; & non dixit: Revelasti ea stultis & imprudentibus, sed dixit: Abcondisti à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.

Te Deum laudamus. 17.

A D L A U D E S,

& per Horas, Antiphona. Sanctus Franciscus, praevis orationum studii, quid faciat instructus: non sibi soli vivere, sed aliis proficere vult Dei zelo ductus. **Psalms.** Dominus regnavit, cum reliquis. 18. **Antiphona.** Hic praedicando circuit, & quem non homo docuit, sit doctus in stuporem: virtutum verba loquitur, novumque nova sequitur militia ductorem.

Antiphona. Tres Ordines hic ordinat: primumque Fratrum nominat Minorum: pauperumque sit Dominum medius: sed Penitentium tertius: sexum capit utrumque. **Antiphona.** Doctus doctrine gratia, doctus experientia, quae sunt perfectionis, haec Fratres docet omnia, tam factis quam frequentia mellifluis sermonibus. **Antiphona.** Laudans laudare monuit, laus illi semper ad-

fuit,

fuit, laus. inquam, Salvatoris: Invitat aves, bestias, & creaturas alias ad laudem Conditoris.

Capitulum. Galat. 6. d. **R**atres: Mihi autem abest gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Hymnus.

Plaude, turba pauperula, Patre ditata paupere: non Laudis propina pocula in Sacro depressa ubere.

Hic simplex, reclus, humilis, Pacis cultor amabilis, Lumen in vase fictili, Ardens, lucens in fragili. **V**ili contentus tegmine, Sancto calcicens flamine, Vicit algorem, caumata Christi dum gestat Stigmata. **C**arnem mundumque conterens,

Hostes malignos proterens Auream victor meruit Aureolam, dum docuit. **P**auper, nudus egreditur: Caelum dives ingreditur: Spargit virtutum munera, Egris profligat vulnera. **V**erorum Pater pauperum Nos pauperes fac Spiritu: Consortes redde Superum Ereptos ab inferis. **P**atri, Nato, Paraclito Decus, honor, & gloria, Sancti sint hujus merito

Nobis aeterna gaudia. Amen.

*** Ora pro nobis beate Pater Francisce. R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Benedictus. Antiphona. O martyr desiderio, Francisce, quanto studio compatiens hunc sequeris, quem passum libro reperis, quem aperuisti. Tu contuens in aere Seraph in cruce positum, ex tunc in palmis, latere, & pedibus effugiers plagarum Christi. Tu gregi tuo provide, qui post felicem transitum, dira prius & livida, glorificatae speciem carnis pretendisti.

Oraçio. **D**eus, qui Ecclesiam tuam beati Francisci meritis fetu novae prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, & caelestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum.

Ad Tertiam. Antiphona. Hic praedicando circuit. **Capitulum; Fratres, Mihi autem.**

R. breve Amavit eum Dominus. * Et ornavit eum. Amavit. * Stulam gloriae induit eum. Et ornavit. **Gloria Patri.** Amavit eum. * Os iusti meditabitur sapientiam. **R.** Et lingua ejus loquetur iudicium.

Ad Sextam, Antiphona. Tres Ordines hic ordinat.

Capitulum. *Glat. 6. d.*

ET quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israël Dei. * brevis. Os iusti, * Meditabitur sapientiam. Os iusti. * Et lingua ejus loquetur iudicium. Meditabitur gloria Patri. Os iusti. * Lex Dei ejus in corde ipsius. * Et non supplantabuntur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiphona. Laudans laudare monuit.

Capitulum. *Glat. 6. d.*

DE cetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres, Amen.

* brevis. Lex Dei ejus, * In corde ipsius. Lex Dei ejus. * Et non supplantabuntur gressus ejus. In corde. Gloria Patri. Lex Dei ejus. * Justum deduxit Dominus per vias rectas. * Et ostendit illi regnum Dei.

In secundis Vesperis, Antiphona. Sanctus Franciscus, cum reliquis de Laudibus. 36. Psalmi & Capitulum ut in primis Vesperis. 30. Hymnus.

Decus morum, dux Minorum

Franciscus tenens brævium, In te vite datur vite, Christe Redemptor omnium, Laudat frater, regnat Pater Concivis caeli civibus:

Cædat stetit, psallat cætus, Exultet cælum laudibus. Demptum solo, datum polo Signorum probant opera: Ergo vivit, nam adivit Aeterna Christi mûnera. Pro terrenis votis plenis, Reportat dona gloria, Quem decoras, quem honoras, Summe Deus clementia.

Hunc sequantur, huic jungantur,

Qui ex Egipto exeunt: In quo duce, clara luce, Vexilla Regis prædeunt. Regis signum, ducent dignum Insignit manu, latere: Lux accedit, nox recedit, Jam lucis orto sidere.

Et si dux fidus, clarum sidus Ducit, relacet, devia Devitando, demonstrando Beata nobis gaudia.

Mina gregem dux ad Regem Collisitor hostis callidi: Nos conducas, & inducas Ad cenam Agni providi. Amen.

* Ora pro nobis beate Pater Franciscus, &c. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona. O virum mirabilem in signis & prodigiis, languores cum demoniis quoslibet pel-

pellentem, dat aurem suis avium prædicans silvestrium verbis intendentem. O vitam laudabilem, qua fidem sic magnificat: sed & multum vivificat mortuos defunctus. Franciscus nos cælestium fac consortes civium, quibus es conjunctus.

Oratio ut supra: dein Commem. sequentis: sed sine Commemoratione SS. Placidi & Sociorum martyrum.

Infra Octavam S. Patris nostri Francisci, ad Benedictus & Magnificat dicantur Antiphonæ sequentes.

Ad Benedictus, Antiphona. Sancte Francisce præpera, veni Pater, accætera ad populum qui præmiur, & tētur sub onere, pælea, luto, latere, & sepulto Egipto sub sabbulo, nos libera, carnis extincto vitio.

Ad Magnificat, Antiphona. Salve sancte Pater, patriæ lux, forma Minorum, virtutis speculum, recti via, regula morum: carnis ab exilio duc nos ad regna polorum.

DIE V. OCTOBRIS.

Secunda die infra Octavam

S. P. N. Francisci.

Fit de SS. Cosma & Damiano Martyribus. Semiduplex.

Omnia ut in Breviario Romano die xxvij. Septemb.

Nona Læcio de SS. Placido & Sociis martyribus, cum Commemoratione Octavæ, Antiphona. Sancte Francisce, & SS. Martyrum in Laudibus Antiphona. *Idorum. y. & n. ex primis Vesperis.*

Vesperæ de S. Brunone Confessore cum Commemoratione præcedentis, & Octavæ, Antiphona. Salve sancte Pater.

DIE VI. OCTOBRIS.

Tertia die infra Octavam

S. P. N. Francisci.

Fit de S. Brunone Confessore. Duplex, cum Commemoratione Octavæ Antiphona. S. Francisce.

In ij. Vesperis fit Commemoratio Octavæ, Antiphona. Salve sancte Pater, & S. Marci Papæ & Confessoris, & SS. martyrum Sergii, Bacchi, Marcelli & Apuleii.

DIE VII. OCTOBRIS.

Quarta die infra Octavam

S. P. N. Francisci.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrunt.

In secundum Nocturno,

Læcio iv.

Insignis sectator crucifixi Jesu, vir Dei Franciscus a suæ conversionis primordiis tanta disciplinæ rigiditate carnem crucifigebat cum vitis, motuque sensuales tam stricta frænâ

bat modestia lege, ut vix necessaria sumeret sustentationi naturæ. Nam cocta cibaria sanitatis tempore vix admittēbat, & raro; admissa verò aut commixtione cineris interdum faciebāt amara, aut aquei superfusione liquidioris ut plurimum reddebāt insipida. Quam verò districta in potu parcitatem servaverit, carnem suam a vino abstrahens, ut transferret animam ad sapientia lucem, hinc liquidò valēmus advētere, quod & de aqua frigida, cum sitis æstuat ab ardore, vix audēbat ad sufficientiam bibere. Nuda humus, ut sēpibus, lectulus erat laesato corpūculo, cervical lapis, vel lignum: vestisque simplex, rugosa & hispida, tegumentum: pro eo quod experientia certa didicerat, hostes malignos duris & asperis in fugam converti, delicatis autem & mollibus ad tentandum fortius animari.

¶ Dum seminudo corpore laudes decantat Gallicè zelator novæ legis, latronibus in memore, * Respondet sic propheticè: Præco sum magni Regis. * Audit in nivis frigore projectus: Jace rustice, futurus pastor gregis. Respondet. **Benedictio.** Christus perpe-

tuz.

Lectio v.

Rigidus in disciplina suam per custodiam suam invigilabat attentius: curam gerens præcipuum de impretiabilis custoditione thesauri, castitatis videlicet in vase fictili: quod & possidere studebat in sanctitudinis honore, per utriusque hominis integritatem puritatem. Tanta quoque per exercitationes hujusmodi fulgere cepit in sensibus venustate pudoris, ut plenum jam carnis affectus dominium, foedus cum oculis pepigisse videretur, quod non solum carnalem aspectum procul refugeret, sed & cariosum vanitatis cujuscumque contactum omnino caveret. Verum licet cordis & corporis puritatem adeptus, sanctificationis quodammodo proximaret ad apicem, non cessabat tamen lacrymarum imbribus jugiter oculos expiare mentales, cælestium claritatum concupiscendo munditiam, & corporeorum luminum parvipendendo jacturam.

¶ Amicum querit pristinum, qui spreum in cœnobio tunicula contexit: contemptu gaudens hominum, * Leprosus fit obsequio, * Sub typo trium Ordinum, tres nutu Dei prævio Ecclesiis erexit. Leprosus

is

sis fit. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Omnia virtutum custos & decor humilitas, adeo virum Dei sui juris effecerat, ut quamvis multiplex in eo fulgeret prerogativa virtutum: hæc tamen in ipso tamquam Minorum minimo, præcipuum videretur affectu dominium. Sociam quoque sanctæ humilitatis paupertatem excelsam, perfectus Christi sectator charitate sibi stituit sic desponsa perpetua, quod non solum pro ea patrem matremque reliquit, verum etiam quæ habere potuit, universa dispersit. Nematam auri, quam iste cupidus paupertatis: nec thesauri custodiendi sollicitior ullus, quam iste cupidus hujusmodi Evangelicæ margaritæ: cum & à principio Religionis utque ad mortem tunica, chorda, & femoralibus dives, in sola videretur gloriari penuria, & egestate gaudere. Si quando enim pauperiorem se quempiam secundum exteriorem habitum cerneret, seipsum protinus arguens, excitabat ad simile; tamquam si æmula paupertate concertans, vincti se in illo spiritus quadam nobilitate timeret.

¶ Audit in Evangelio, quæ

suis Christus loquitur ad prædicandum missis. Hoc, inquit, est quod cupio. * Latenter his innititur memoria commissis. * Non utens virga, calceò, nec pera: sune cingitur, duplicibus dimissis. Latenter.

Gloria Patri. Latenter.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 11. d.

In illo tempore respondens Jesus dixit: Confitetur tibi Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Et reliqua.

De Homilia sancti Augustini

Episcopi.

Serm. 48. de Tempore post medium.

Aperit cælestē mysterium quod sic placuerit Deo, ut parvulis magis quam prudentibus istius mundi gratiam suam revelaret. Quod Apostolus Paulus stylo plenius digessit, dicens: Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi? Nam quoniam Dei sapientiam non cognovit hic mundus per sapientiam, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.

¶ Carnis spicam contemptus Area Franciscus frangens, terens terrea, * Granum purum

C 6 rum

rum excussa pælea, summi Regis intrat in hórrea. * Vivo pani morte junctus, vita vivit vita functus. Granum purum. **Benedictio.** Cujus festum cõlimus. **Lectio viii.**

A It ergo: Itã Pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Cælestium enim verborum arcana atque virtutes sapientibus absconduntur, & parvulis revelantur. Parvulus malitia non sensu: sapientibus verò stultitia præsumptione, non prudentia causis. Factique hujus æquitatem Dominus paternæ voluntatis iudicio confirmat: ut qui dedignantur parvuli in Deum fieri, stulti deinceps in sapientia sua fiant. Vide quam terribilis in consiliis Dominus. Duce veræ humilitatis exempla, nec temerè discitias superænæ dispensationis consilia. Cum enim intulisset utrumque, scilicet, quod aliis adventus sui sacramenti revelaverit; ab aliis verò absconderit: non mox rationem reddidit, sed sic Deo placitum dixit: hoc ostendens manifestè, quia iustus esse non potest, quod placuit iusto.

F. De paupertatis hórreæ sanctus Franciscus satiã turbam Christi famelicam, in via non deficiat: * Iter pandit ad glóriam, & vitæ

viam ampliãt. * Pro paupertatis cõpia regnat, dives in patria, reges sibi substituens, quos hic dicit inopia. Iter pandit. Glória. Iter pandit. **Benedictio.** Ad societatem.

Nona Lectio legitur de S. Marco.

In Laudibus Commem. ejusdem, & sanctorum Sergii & Sociorum martyrum.

Vesperæ fiunt de sancta Birgitta vidua, cum Commem. Octavæ, Antiphona. Salve sancte Pater, patriæ lux, forma Minorum, virtutis speculum, recti via, regula morum; carnis ab exilio duc nos ad regna polorum.

DIE VIII. OCTOBRIS. Quinta die infra Octavam S. P. N. Francisci.

Fit de sancta Birgitta vidua, Duplex, cum Commemoratione Octavæ, Antiphona. Sancte Franciscus. 39.

In secundis Vesperis fit Commemoriatio de SS. Dionysio, Rustico, & Eleuthero, & Octavæ, Antiphona. Salve sancte.

DIE IX. OCTOBRIS. Sexta die infra Octavam beati Patris nostri Francisci.

Fit de SS. martyribus Dionysio, Rustico, & Eleuthero, Semiduplex, cum Commemoratione Octavæ, An-

Antiphona. Sancte Franciscus. 32.

In secundis Vesperis à capitulo fit de sequenti, cum Commemorat. sanctorum martyrum Dionysii, Rustici, & Eleutherii, & Octavæ, Antiphona. Salve sancte Pater, patriæ lux, forma Minorum, virtutis speculum, recti via, regula morum: carnis ab exilio duc nos ad regna polorum.

In Ditione Regis Hispaniæ Vesperæ de sequenti sine ulla Commemoratione.

DIE X. OCTOBRIS. Septima die infra Octavam S. P. N. Francisci. Fit de S. Francisco Borgia Confessore, Semiduplex.

In Laudibus fit Comm. Octavæ S. P. N. Francisci, Antiphona. Sancte Franciscus. 39.

Vesperæ de Octavæ, ut in primis Vesperis Festi, cum Commem. S. Francisci de Borgia.

DIE XI. OCTOBRIS. Octava S. Patris nostri Francisci, Duplex.

Omnia ut in die 25. præter ea, quæ hic ponuntur.

In primo Nocturno, Lectioes de Scriptura occurrente. In ij. Nocturno, Lectio iv.

Iste transitum suum longè antè præcivit, dièque obitus imminente,

dixit Fratribus, sui corporis tabernaculum deponendum in proximo: quemadmodum demonstratum sibi fuerat à Christo. B'ennio itaque ab impressione sanctorum Stigmatum, anno videlicet à sua conversione vigesimo, ad sanctam Mariam de Portiuncula se deferri poposcit: ut ubi per Virginem Matrem Dei spiritum conciperat perfectionis & gratiæ, ibidem mortis soluto debito ad brævium perveniret retributionis æternæ. Perducus autem ad locum præstatum, ut veritatis exemplo monstraret, quod nihil erat ei commune cum mundo, in illa infirmitate tam gravi, quæ omni languori concidit, super nudam humum se totum nudatum deposuit: quatenus hora illa extrema, in qua poterat adhuc hostis iracundia, nudus luctaretur cum nudo. Decubans sic in terra & pulvere nudus athleta, manū sinistra dextri lateris vulnus, ne videretur, obtexit, facièque serena solito more levata in cælum, intendens illi gloriæ totus, magnificare cepit Altissimi, pro eo quod expeditum ab omnibus liber jam transiret ad ipsum.

F. Dum feminiduo corpore laudes decantat Gallicè zelator novæ legis, latronibus

bus in nẽmore. * Respon-
det sic propheticẽ: Præco-
sum magni Regis. ✽ Audit
in nivis frigore projec-
tus: Jace rufice, futũ-
rus pãstor gregis. Res-
pondet.

Lectio v.

Hora dẽnique sui trã-
sitũs jam inflãnte: om-
nes Fratres existẽtes in lo-
co ad se fecit vocãri: & eos
consolatiõnis verbis pro sua
morte demũlcens, paterno
affectũ ad divinum est hor-
tãtus amorem. Possessiõnem
quoque paupertãtis & pacis
hereditãria ipsi successiõne
relinquens & legans: ut se
ad æternã protenderent, ac
contra mundi hujus munit-
rent pericula, vigilãter
admonuit: & ad crucifixi
Jesu perfectẽ sectãnda vest-
igia, omni, qua potuit,
efficãcia sermõnis induxit.
Circumsedẽtibũs verõ filiis
coram paupertũ Patriãr-
cha, cujus jam caligãverant
oculi non senectũte, sed
lãcrymis: vir sanctus cãci-
tus, & mortũ jam prõxi-
mus, extẽdit super eos
manus in modum Crucis
brãchiũs cancellãtis, pro eo
quõd hoc signum semper
amãbit, & omnibũs Frãtri-
bus, tam præsẽtibũs quã
absẽtibũs, in Crucifixi
virtũte ac nomĩne bene-
dixit.

✽. Amicum querit prifi-

num, qui spretum in ce-
nõbio tunica contẽxite
contẽptũ gãudens homi-
num, * Leprõsis fit obsẽ-
quio, quos antea despexit.
✽. Sub typo trium Ordĩ-
num, tres nutũ Dei prã-
vio Ecclesiãs erexit. Leprõ-
sis fit.

Lectio vij.

Post hæc Evãgeliũ fe-
cũdũm Joãnnem ab
illo loco: Ante diem festũm
Paschæ, sibi legi popõscit,
ut in eo vocem dilẽcti pul-
sãntis audiret, à quo solus
eum jam pãnes carnis dis-
jungebãt. Tandem cunctis
in eum completis mystãriis,
orans & psãllens vir beã-
tus, obdormivit in Dõmi-
no, & ãnima illa sanctĩssi-
ma carne solũta, in æternã
claritãtis abyssũm absorpta
est. Ipsa tunc hora, unus ex
Frãtribũs & discipulis ejus,
vir utique sanctitate famõ-
sus, ãnimã illãm felicem
conspexit sub spẽcie stellæ
præsũlgidæ, cãndida sub-
vẽctã nubecula super aquas
multas in cœlum trãmite
recto conscẽdere, ut potẽ
quæ consciẽtiã nitore can-
dẽscens, & meritõrum præ-
rogãtiva refũlgens, tam ef-
ficãciter sursũm serẽbãtur
affluentia gratiãrum, & dei-
formitãte virtũtum, ut à vi-
siõne cœlestis lucis & gloriæ
nec medicũm retardãri va-
leret.

✽. Au-

✽. Audit in Evãgeliõ, quæ
suis Christus loquitur ad
prædicãdũm milis. Hoc,
inquit, est quod cupio.
✽. Latãter his innititur me-
mõrie commissis. ✽. Non
utens virga, calcæo, nec
pera: fũne cingitur, dupli-
cibus dimissis. Latãter.
G loria Patri. Latã-
ter.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evãgeliũ fe-
cũdũm Matthæũm.

Lectio vij.

In illo tempore, respon-
dens Jesus dixit: Con-
fiteor tibi Pater, Dõmine
cæli & terre, quia abs-
condisti hæc à sapiẽti-
bus & prudentibus, & re-
velãsti ea pãrvulis. Et re-
liqua.

De Homilia sancti Augustini
Episcopi.

Serm. 12. de Verbis Apostoli
cap. 7. & 8.

Dicite à me, inquit,
quoniam mitis sum,
& humilis corde.
Quid tamen fecit propter
te? Semetipsum exinanivit
formam servi accipiens, in
similitudinem hominum fac-
tus, & habitu invẽntus ut
homo. Ecce propter te Deus
factus est homo: & non te
vis agnõscere, cum sis ho-
mo? Ecce propter te Deus
factus est homo sine peccã-
to: & non vis te agnõscere
cum peccãto? ut venias ad

illum, qui ait: Venite ad
me omnes qui laborãtis, &
onerãti estis, & ego vos
reficiam.

✽. Carnis spicam contẽp-
tus ãrea Franciscus fran-
gens, terens tẽrrea, * Gra-
num purum excussa pã-
lea, summi Regis intrat
in hõrrea. ✽. Vivo panĩ
morte junctus, vita vivit
vita sanctus. Granum pur-
rum.

Lectio viij.

Tollite jugum meum su-
per vos. Tulisti hoc ju-
gum? Tulisti? Sentis te ha-
bẽre fẽsõrem? Tulisti hoc
jugum? Dicit, Tuli. Sentis
te habẽre fẽsõrem? Sentis
te habẽre rectõrem? Sen-
tio, inquis. Illi ergo dicit:
Gressus meos dirige sectũ-
dũm verbum tuũm. Regit
te sub jugo suo, & sub sãr-
cina sua. Ut enim sãrcina
ejus sit tibi levis, & jugum
ejus suãve: ille tibi amõ-
rem inspirãvit. Amãnti suã-
ve est, non amãnti dũ-
rum est. Amãnti suãve
est, Dõminus dedit suãvi-
tãtem.

✽. De paupertãtis hõrreo
sanctus Franciscus sãtiat
turbam Christi famelicã,
in via ne deficiat: ✽. Iter
pandit ad gloriã, & vitæ
viam ampliãt. ✽. Pro pau-
perãtis cõpia regnat dives
in pãtria, reges sibi substi-
tuens, quos hic ditat inõpia.
Iter.

Iter pandit. **Gloria.** Iter pandit.

Lectio ix.

AN forte, quia venisti audiens: Venite ad me; hoc ipsum tibi arrogare contendis: quia venisti? Ecce, inquis, veni ad illum arbitrio meo, voluntate mea. Quia veni, refecit me: quia veni, jugum suum imponit mihi suave: quia dat amorem, sarcinam suam levem imponit mihi amanti & diligenti. Hæc omnia fecit in me: sed quia veni ad eum. Ergo hoc scapis, quia venisti: tu tibi hoc præstitisti? Quid enim habes quod non accepisti? Quomodo venisti? Credendo venisti: sed nondum pervenisti. Adhuc in via sumus. Venimus, sed nondum pervenimus. Vis nosse quia & hoc præstitum est tibi? Ipsum audi vocantem: Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.

Te Deum laudamus. 17.
Vesperæ à capitulo de S. Seraphino in infra, cum Commemoratione præcedentis.

DIE XII. OCTOBRIIS.

In festo sancti Seraphini de Asculo, Ord. Capucinorum.

Duplex minus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.

loco, **lxxij.** præter Lectiones primi Nocturni, quæ sunt de Scriptura occurrente.

Vesperæ de sequenti, cum Commemoratione præcedentis.

DIE XIII. OCTOBRIIS.

In festo SS. Daniëlis & Sociorum martyrum.

Duplex ij. Clasis.

Oratio.

FRatèrna nos, Dòmine, martyrum tuorum coròna lactifcet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio consolètur. Per Dòminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

In primo Nocturno Lectiones. **F ratres, Debitòres sumus, de Communi plurimorum Martyrum. xl.**

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

ANno salutiferi Christi supra millesimum ducentesimo vigesimo septimo, sexto Idus Octobris, dum aurea illa nascentis Ordinis Seraphici tempora feliciter promitterent, vir sanctitudinis veneranda Frater Daniël Minister Calabriae cum sex aliis Fratribus, videlicet Angelo, Samuele, Dònulo, Leone, Hugolino, atque Nicolao, martyrii lauream insigniter adeptus est. Hi à Fratre Elia Generali Ministro, Patrisque Francisci tunc

tunc agente vices, obtenta facultate, è Tusciae plagis, ducente Christo, septem Saracenorum urbem pervenerunt. Illuc cum pervenissent, procedentes in urbis medium, libera voce Christum solum esse mundi Salvatorem unanimes clamant. Verum postquam aliquandiu ea, quæ sunt Christianæ fidei veritatesque Evangelicæ, palam protestati fuissent, taxarenturque miserandam eorum vercordiam ac cæcitatem, à furentibus turbis arrepti, flagris caesi sunt, variisque affecti contumelias ac opprobriis. Quæ illi propter Christum omnia nihil pendentes, illorum demum dómimo sistuntur.

Sancti tui Dòmine mirabile consecuti sunt iter, vièntes consecratis tuis, ut invenirentur illæsi in aquis validis: Terra apparuit arida, & in mari Rubro via sine impedimento. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Terra apparuit.

Lectio v.

Eos Tyrannus tonis de religioso more capillis, intrépidis vultibus, ore etiam imperioso ac fervido loquentes aspiciens, mente captus arbitratur. Jubet proinde in carcerem eos

conijci, ferreisque vinculis constringi. Octavo autem die ad deductos interrogat, velintne quæ de Christiana fide prius affererent irrita esse, tuoque Deo abnegato, ad Mahumeticæ legis ritum converti? At verò, quæ dixerant illi, constabiles validis rationibus Spiritu veritatis aspirante, ostendunt nullum abique Baptismo, nisi que Redemptoris hominum Christi Jesu suffragio ad salutem aditum esse. Eos igitur Arbaldus iudex capite animadverti decrevit. Tunc lata sententia, beatus Pater Daniël, socios filiosque suos exhilarans, dixit: Gaudemus in Dòmino fidelissimi commilitones, festivisque diem hunc gaudis consecrèmus. Adstant enim Angeli animas nostras è corpore ergastulo solutas, in empyrea regna cum palmæ trophæo deducturi. Nos hodie in suam sortem candidati Martyres excipient. In nobis celorum janua aperta est. Quid moramur, quò minus ad eorum beatitudinem convolemus?

Verbera carnisque non timuerunt sancti Dei, morientes pro Christi nómine. Ut heredes fierent in dómno Dòmini. Tradidit sunt corpora sua propter Deum.

Deum ad supplicia. Ut heredes.

Lectio vj.

Porro ubi suis nudati sunt vestimentis, quasi forent ad lautissimas epulas invitati, è régia mirum in modum exultabundi ad supplicii locum præperant. Haudquâquam facile fit re-latu; quam pius Deo tunc personent laudes, quànque impensè grâtiâs agant. At ubi, quoad licuit; Deo supplicavere, suâque animas commendavere, spiculatori tandem sectentes cervicem, capitis obruncatione gloriolam pro Christi fide mortem pacifcenturi. Eorum itaque conquisitas capitibus, cadavera crudelissimè collata, membratimque discerpta, magno fure pteris ac ceteris ludibrio: ut potè que per urbem turpiter raptata sint, ac dilaniata; sed postea à Christianis collecta, congruo honore com-dita fuerunt in Alphondegâ Malsiliensî. Quæ post hæc cum Regis Portugallia filius dono accepisset, in Hispaniam transtulit; ubi horum suffragis varia plerisque impenduntur beneficia, crebris utquequaque miraculis suæ probitatis fidem non vulgarem facientibus.

¶ Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, & quasi holocausti

hostiam accepit illes: & in tempore erit respectus illorum: Quoniam donum & præ est electis Dei. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

In tertio Nocturno Hómilia S. Ambrósii Episcopi in Evangelium. Descendens Jesus, de Constanti plurimor. Martyrum. liij. x. viij. Hac est vera. xlvij. In secundis Vesperis fit Commemoratio S. Callisti Papæ & martyris.

DIE XVI. OCTOBRIS.

Fit de S. Edwârdo Regis Angliæ Confessore, & semiduplex.

Vide Officium in Breviario Romano, die xij. Octobris.

DIE XIX. OCTOBRIS.

In festo S. Petri de Alcántara Confessoris; Primitivæ ordinis.

Dup. ij. Oblat. cum O. & Evangelia. fit de S. Luca, cum Comm. S. Petri de Alcántara; at ubi celebratur festum sancti Petri tamquam de Trokari vel Patrond. Vesperæ fiunt de S. Petro eum Commemor. S. Lucæ. A. D. VESPERAS.

Antiphona. Sanctus Petrus de torrente mortificationis in

via

via bibit; propterea exaltavit caput in gloria. Psalmus. Dixit Dominus, cum reliq. de Dominica, 133. & loco ultimi. Psalm. Laudate Dominum omnes Gentes. 137. Antiphona. Memor fuit testamenti Patris sui Francisci, Ecclesiâs & domos pauperes edificavit. Antiphona. In omni angustia & pressura paratum cor ejus sperare in Domino. Antiphona. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini magnificavit. Antiphona. Omnes Gentes laudabant eum, & in conspectu Principum admirabilis fuit.

Capitulum. Pbil. 3.

Erates, Imitatores mei estote, & observate eos qui ita ambulavit: sicut habetis formam nostram. Hymnus.

Petre, sol terris oriens Iberis, lucis ut spargas radios per orbem, Quos tuo læti cænimus triumpho, Suscipe laudes.

¶ Per te in antiquos renovata mores Clara Francisci sóboles natecivit, Crescit & virtus rediviva largo Munere vitæ. Omne quod vitam maculat perofus,

Mente constanti peredntis avi Despicis pompam, precibusque placas Numinis iram. Ar tuibus castis nimium feverus Te fame, & diris criticas flagellis, Sternis & noctu fatigata duro Stipite membra.

Dignus hinc celsas habitare sedes, Sapè sublimis volitare in altum Vifus, & mundi fugiens tumatum, Proximus astris.

Nunc preces audi, gemituque nostros, Integros nobis sine labe mores, Et tuos nostris animis salubres Ingere sensus.

Annuat rerum Sator, & perenne Sit deus Patri, genitæque Proli, Et tibi Flamen Deus unus omni Tempore sæculi. Amen.

¶ Ora pro nobis beate Petre. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat. Antiphona. O virum ineffabilem, qui vivens in carne, spiritu ambulavit, & nihil in terris desiderans, conversationem suam semper in celis habebat.

Ori-

Oratio.

DEus, qui beatorum Petrum Confessorem tuum admirabilis poenitentiae, & altissime contemplationis munere illustrare dignatus es: concede propitius, ut ejus suffragantibus meritis, carne mortificatis, caelestium donorum participes fieri mereamur. Per Dominum nostrum.

Ad Matutinum, Invitator.

Regem glorie, qui humilem exaltavit Petrum,

* Venite adoremus. **Psalmus.** Venite, exultemus, 2.

Hymnus.

Petrum Parentis optima Germen canamus inclytum,

Qui pauperum pauperissimus

Extrema quaeque perulit.

Hic Christi amore sanctus,

Ut perditis succurreret,

Stupenda poenitentiae

Exempla mundo praebuit.

Sitim, famemque sufferens,

Et veste tectus hispida,

Quidquid laudandum est, no-

xius

A se flagellis exigit.

Loris revinctus ferreis

Exangue corpus cœnscit,

Et singulari ex artubus

Emānat unda sanguinis.

Dum flexo adorat poplite

Crucis sacratum slipitem:

Crux emicat divinitus,

Ipsiumque splendor imbuat.

Deus cinctorum suscipe

Laudes precēque supplicum:

Tuos ab alto mētiis

Pater beate respice.

Sit laus Patri, sit Filio,

Tibi que sancte Spiritus;

Duc per Petri vestigia

Nos ad superna gaudia.

Amen.

In primo Nocturno, Antiph.

Petrus ob poenitentiam ari-

dæ radici similis, fecus de-

curfus aquarum gratias plan-

tatus, fructus dedit in tem-

pore suo. **Psalmus.** Beatus

vir, cum reliq. de **Comm.**

Conf. non Pontificis. Ixxiv.

Antiphona. Servivit Dōmi-

no in timore, & exultavit

ei cum tremore. **Psalmus.**

Quare fremuerunt,

Antiphona. Dormivit, &

soporatus est, quia Dominus

suscipit eum in oratione.

Psalmus. Dōmine, quid

multiplicati sunt, * Amavit

eum Dōminus, & ornavit

eum. * Stulam glorie induit

eum. **Pater noster.**

Abfolutio. **E** xaudi Dōmine,

* Jube domne. **Benedicti.**

Benedictione perpetua.

De Epistola B. Pauli Apō-

toli ad Philippenses.

Lectio j.

Cap. 3.

Rates, Quæ mihi fuerunt

lucra, hæc arbitratum sum

propter Christum detrimenta. Verumtamen

existimo omnia detrimentum esse

propter eminentem scientiam Jesu

Christi Domini mei: propter

omnia detrimentum se-

ci,

ci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrificam, & inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex lege est; sed illam, quæ ex fide est Christi Jesu: quæ ex Deo est iustitia in fide ad cognoscendum illum & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionum illius: configuratus morti ejus: si quo modo occurrat ad resurrectionem, quæ est ex mortuis: non quod jam acciperim, aut jam perfectus sim: sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo Jesu.

R. Mortuus est Pater noster Seraphicus, & quasi non est mortuus; similem enim sibi reliquit Petrum post se: * Quem constituit defensorem domus suæ. * Hic ambulavit per omnes vias Patris sui, non declinavit ad dexteram, sive ad sinistram. Quem constituit. **Benedicti.** Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus revelavit. Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres, & observate eos, qui ita ambulat, sicut habetis formam

nostram. Multi enim ambulat, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & fens dico) inimicos Crucis Christi: quorum finis interitus quorum Deus venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in Calvis est: undè etiam configuratus morti ejus: si quo modo occurrat ad resurrectionem, quæ est ex mortuis: non quod jam acciperim, aut jam perfectus sim: sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo Jesu.

R. Ecce servus meus placuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum ferre eum. * Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. * Honorabilis factus es in oculis Dei, & gloriosus. Cum transieris. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

Lectio iij.

Cap. 4.

DE cetero fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque honesta, si qua virtus, si qua laus disciplina, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum. **Gavilius sum**

an-